

lumenta talia fructus tantum industria sunt. Et tunc salarium est præterea debitum, quia fructus industria non est laboris pretium: & ita videmus in officiis aliis salarium deberi, quamvis multoties maiora ex industria emolumenta proveniant. Si vero emolumenta inde habeantur, unde haberi nequeunt, quia vel auctione iurium, vel ex muneribus, subdistingendum est vterius. Aut enim iniustitia prædicta non obstante, Visitator in aliis suo officio satisfacit: & tunc ei stipendium debetur, sicut & debet ipse, quæ iniuste accepit restituere. Aut non satisfacit: & tunc stipendium non debetur. Si autem ex parte satisfacit, debetur aliquid, sicut & ipse Procuratoris partem, quæ non debetur nisi Visitatori formaliter tali, & non aliud sub vmbra speciosi nominis agitanti: unde si ex toto satisfactio defuit, tota erit restituenda Procuratio ob eandem, de quo & inferius. Quod si illicite accepta aliqua sunt, sed quæ non sit restituendi obligatio, de illis sicut de fructibus industria philosophandum esse potest alicui videri: est enim industria, sed non bona, qualis in laicis Magistratibus, qui contra leges & iuramentum negotiantur. Et hoc videtur probabile. Contrarium tamen est verosimile, quia sub ea conditione videtur ab Episcopo salarium constitui, si Visitatores illud aliunde non eliciant grauando visitatos: ea enim industria dici nequit, quæ tunc accidit, cum aliquid quaeritur per media aliis licita, & solum mala est aliquando, quia hic & nunc prohibita: in casu autem nostro etiam prohibita non extaret per Conciliorum leges, grauamen esset iniustum, vel modus procedendi; unde malitia potius, quam industria debet fructus reputari, & acceptio salarij per media illicita, non tamen contra iustitiam. Neque credibile est Episcopos aliter circa hoc velle se gerere, & malitia ita coniuere, vt ex illa in ministerio adeo sacro duplicatum commodum reportetur.

6 Circa Officiales autem idem est cum proportionem dicendum, in quibus genuini officij fructus, & industria, ac malitia distinguendi sunt; quibus etiam salarium deberi manifestius est, quia in illis non sunt respectus illi cumulandi merita ad præfessiones alias, sed suo ex labore viuendi, unde fauet illis aperte Pragmatica, de qua num. 4.

7 Sequitur in Concilio sic: Tempus autem non longius in visitatione consumant Visitatores, quam necessarium esse perspexerint; si secus egerint, ita vt propter sua commoda, aut quouis alio respectu diutius immorentur, excommunicatione feriuntur. Sic Concilium. Vbi id prætermittitur, quod maxime aduertendum videbatur, teneri scilicet visitationem protendentes ad restitutionem expensarum à Parochis, & Indis propter demoracionem auctarum: quod equidem, quia videbatur compertum, forte prætermittitur. Et restitutio à Visitatoribus ex integro faciendâ, quia Officiales causa detentionis non sunt, & si quid consumunt, id Visitatorum causâ faciunt, cuius si imperis obfisterent, graues inde possent molestias sibi superuenturas suspicari: neque iuxta eorum arbitrium, sed Visitatorum, tempus est visitationi necessarium regulandum. Si vero de iniustâ demoracione confret, & Visitatores non restituant, Officiales ad

Specialior difficultas, in qua duplex dicitur decessio.

Circa Officiales in eadem doctrinam procedendum.

Circa tempus quid à Concilio statutum, & quando obligatio restitutionis ex motu.

restitutionem tenentur portionum ad se pertinentium, si mala quidem fides fuit, absolute; si autem bona, in quantum facti sunt locupletes iuxta communem doctrinam. Et pro prædictis facit Glossa in Cap. Exigit, de Censibus &c. verb. Teneantur. Sic dicens: & tenetur etiam familia de eo, quod percepit, & ipse Episcopus tenetur de facto ipsorum 86. dist. Cap. An putatis. Sic illa. Quod vero ad excommunicationem attinet, non est illa lata, sed ferenda. Et videtur difficile quomodo habere locum possit, quia propter peccatum præteritum imponi nequit, vt est Doctorum receptissima sententia. Tantum ergo habere locum prædicta dispositio potest, si moras faciente Visitatore, id resciat Episcopus: tunc enim poena talis infligi poterit, nisi à Visitacionis loco recedat.

7 Additur tandem illo in Capite sic: Instructio verò ab hac sancta Synodo factam pro Visitatoribus, sub mortali peccati reatu, & secum deferre, & fideliter obseruare teneantur. Sic ibi. Id autem quod pro Peruvianis Prouincijs à Concilio statutum est, ad omnes est Indicis alias prouincias extendendum, si per Prouincialia Concilia, vel alias, confectæ instructiones sint: formæ enim sunt in modo procedendi seruandæ, & in re grauissima, & ita ommissio non potest non esse, generaliter loquendo, grauitus criminosa. Et ita Synodus Diocæsana Patensis sub mortali declarat obligare Lib. 1. Tit. 7. Cap. 1. Quia vero esse aliqua in talibus Instructionibus possunt, quæ meram rationem instructionis habeant, in iis deficere non erit mortale; quæ autem talia sint, nequit in speciali decerni, vt ad iudicium est virorum prudentium prouocandum. Vbi certè res magni momenti apparet, præceptum est: neque ex eo quod instructionis nomine affectæ sint, ideo sola est in eorum obseruatione conuenientia, & non obligatio recognoscenda: Instructiones siquidem tales vera præcepta sunt, vt de iis, quæ Magistratibus dantur, tradit Dom. Solorzanus Lib. 4. Cap. 9. num. 57. addens ab illis securâ conscientia non posse recedi. Instructio, de qua Concilium habetur integra in Synodo Diocæsana Limensi Ann. 1614. Lib. 1. Tit. 7. Cap. 1.

CAPVT II.

De obligatione restitutionis eorum, quæ à Visitatoribus illicite recipiuntur.

8. IN Concilio Tridentino Sessio 24. Cap. 3. de Reformat. Sic circa ista deciditur: Quod si quisquam, quod absit, aliquid amplius in supradictis omnibus casibus accipere præsumserit, is restituitur, præter dupli restitutionem intra mensem faciendam, alijs etiam pecnis iuxta Constitutionem Concilij generalis Lugdunensis, quæ incipit, Exigit, nec non & alijs pecnis in Synodo Prouinciali arbitrio Synodi, absque vlla spe veniæ, multetur. Sic Concilium: quod ea solum accipiendâ decreuerat, quæ ad victum spectant, vbi non est consuetudo, quod neque illa tribuantur. Quibus Concilium Limense tertium insistens Act. 4. Cap. 4. sic statuit: Munera quæcumque, aut commodi aliquid præter ea, quæ sunt à iure permissa, neque Visitator ipse recipiat, neque suos recipere

Glossa.

Difficultas circa excommunicationem.

De obligatione seruandi instructiones.

Concilij Tridentini decisio circa.

Concilium Limense.

De obligatione restitutionis in Visitatoribus.

recipere permittat: sed neque emat, neque permutet cum his, qui visitantur, equitatum, aut aliquid aliud: si quid huiusmodi acceperit, sciat se ad dupli restitutionem intra mensem faciendam iuxta Constitutionem Concilij Tridentini in conscientia teneri: quod si non restituerit intra prædictum tempus, ab omni beneficio, & officio esse suspensum, secundum Gregorij X. in Concilio generali editam sanctionem. Hæc Concilium. Vbi maior quædam declaratio extat, cum reuera quiddam additum, in Concilij Tridentini Constitutione comprehensum videatur. Quod enim non solum munera, sed commodum etiam omne recipi prohibeatur, satis illa Concilij Tridentini verba declarant: Quod si quisquam aliquid aliud &c. Non solum autem Visitatorem non posse accipere, sed neque permittere vt sui, eo sciente, accipiant, satis perspectum est, quia quod sui ita accipiant, etiam ipse videtur accipere: quod enim mei causa sit, meum quodammodo fit. L. Prætor ar. D. de edendo. cum alias debeat suorum præiudicalem cupidinem cohibere. Præterquam quod & id expressè à Tridentino prouitum verbis illis: Ne re ipse, aut quisquam suorum &c. & in Lugdunensi Cap. Exigit, de Censibus &c. in Sexto à Tridentino citato. Quod item ad emptionem, & permutationem equitatus cum iis, qui visitantur, in generali est prohibitione contentum, quia nunquam illa emuntur iusto pretio, neque permutatio nisi pro melioribus sit, & ita iam aliquid ultra debitum accipitur. Quod si omnis abeslet dolus, & necessitas vrgeret, idque fieret post absolutam visitationem, non est credibile id Consilium vtiſſe. Immo Innocentius, Hostiensis, & alij apud Glossam in citato Cap. Exigit, asserunt pro vecturis, & ferraturis equorum pecuniam posse Visitatores exigere, si indigeant.

Illius Decretum nihil addit Tridentino.

Quid recipi iuxta nonnullos possit.

Obligationem dupli videri in conscientia vrgeri.

Cap. Exigit, de Censibus &c.

Pontifice? At quis non videat hoc ineptè dici, quod licet possibile de iure sit, non tamen de facto? Si ergo poena ante sententiam in foro conscientia non obligat, inutilis quoad prædictos est. Circa alios autem idem faciendum, quia eodem modo de omnibus Constitutio Lugdunensis Concilij procedit, sic enim sequitur post adducta: Inferiores vero ab officio & beneficio nouerint se suspensos, quousque de duplo huiusmodi grauis Ecclesie plenariam satisfactionem impenderint: nulla eis in hoc dantium remissione, liberalitate, seu gratia valitura. Sic Concilium, & Greg. X. in illo. It quibus nihil de iudiciali cognitione habetur, & suspensio ipso facto aperte videtur indicata verbis illis, Nouerint se suspensos. Si enim sententia condemnatoria, aut saltem declaratoria criminis expectanda esset, non possent noscere se suspensos, sed suspendendos. Et quidem cum de Prælati Superioribus ita decisum præcessisset, & in alijs nihil occurrat, quod diuersum decisionis modum aut rationem variandæ decisionis ostendat, de omnibus est pariter sentiendum.

10 Quod autem remissio circa hoc non admittatur, etiam si circa illud exerceri liberalitas videatur, ex eo prouenit, quia restitutio Ecclesie faciendâ est, & ita Ecclesia ius habet creditoris, (qualecumque illud sit) in cuius præiudicium nequit remissio aut renuntiatio fieri. L. 3. finali. D. quæ in fraudem creditorum facta, reuocetur. De obligatione autem restituendi Ecclesie manifestè pronuntiat Textus in cit. Cap. Exigit, dum dicitur in illo: Duplum eius, quod receperint, Ecclesie, à qua id receptum fuerit, intra mensem reddere teneantur. Non quidem ex eo quod ab Ecclesia ipsa semper receptum sit, cum apertissimè procedat Constitutio dicta de acceptis à quocumque ex visitatis, vt ex vltimis eius verbis constat, ibi: Nulla eis in hoc dantium remissione &c. Et ex alijs antecedentibus, dum dicitur: Debitam exigere pecuniam, vel etiam à volente recipere, vel alijs Constitutionem ipsam recipiendo munera &c. Vbi Glossa sic habet: & postea quod dantes munera vellet eis remittere, nihilominus accipientes tenentur ea restituere in duplum. Sic illa. Non ergo dantes Ecclesie tantum sunt. Cum autem dicitur, Duplum eius, quod acceperunt, Ecclesie, à qua id receptum fuerit, intra mensem reddere teneantur: ex quo videtur sequi solum id, quod est ab Ecclesia receptum, eidem esse restituendum: nomine Ecclesie ij veniunt, qui ad Ecclesiam visitatam pertinent: nam & Ecclesia in primis visitanda est, & ex eius bonis solui procuratio solet, & ij, qui ad eam pertinent, eius nomine designantur, etiam quando non ab Ecclesia, sed à Communitate solet procuratio solui: tunc enim Ecclesia non materialiter, sed formaliter sumitur pro speciali fidelium congregatione. Et ita Indorum populis faciendâ restitutio, vbi illi ad procuracionem contribuant: quam consuetudinem sustinendam decernit Synodus Diocæsana Limensis Lib. 1. Cap. 10. Tit. 7. Quod autem Constitutio accipientes à quibuslibet ex visitatis complectatur, præter dicta probat etiam Decretum Concilij Tridentini citatum, dum ad eam se refert; nec tamen nomine Ecclesie vtitur; sed dantes & recipientes quoslibet comprehendit: unde vtriusque mens est eadem, & ita idem

Cap. idem.

Suspensio ipso facto.

Remissio non admittitur, quia Ecclesia faciendâ restitutio.

Cap. Exigit.

Nomine Ecclesie qui veniunt.

Glossa.

Audacia, temeritas, & presumptio quales ponantur.

esse debet etiam intellectus. Licet autem in Constitutione eadem, audacia, temeritas, & presumptio in receptione damnetur, ex eo solum deduci potest non esse poenis dictis obnoxios, qui ex ignorantia, aut prae-textu aliquo non irrationabili contra eandem deliquerint, iuxta dicta Tit. 12. num. 286. Qui autem scientes & volentes (vt omnes praesumendi sunt facere, qui transgressores fuerint deprehensi eo quod primum hoc quasi principium in suo officio nequeant ignorare) tale aliquid fecerint, excusari a directa transgressione nequeunt, vnde neque a poenis in Constitutione signatis, quia verè audax, temerarius, & praesumptuosus est, qui contra legem adeo grauem & momenti tanti, sciens volensque delinquit: vnde Concilium Tridentinum, cum prohibitionem cauendi verbo proposuisset, dicens: Interimque cunctis: postea verbo praesumendi est vsus verbis illis: Accipere praesumptum: vt praesumptio tunc intelligatur adesse, quando incaute a scientibus & volentibus quidquam ex prohibitis fuerit attentatum. Propter hac ergo Concilium Limense merito potuit obligationem restituendi duplum ad forum conscientiae spectantem affirmare. Quomodo autem pro victualibus accipi pecunia possit, & ita circa dictam Constitutionem moderatio quoad hoc fuerit adhibita a Bonifacio Octauro, videndum in Cap. Felicitis eodem Titulo.

Obligatio in Conscientia ex Glossa ostenditur, & ex alijs.

11 Et obligationem dictam in foro animae videtur aperte fateri Glossa in citatum Cap. Exigit, dum sic ait: Tenentur restituere duplum illius, quod receperunt, sub poena maledictionis aeternae: a qua absolventi non sunt, nisi prius restituerint duplum &c. Pro quo etiam est P. Lessius Lib. 2. Cap. 16. num. 38. vbi postquam Constitutionem dictam praemississet, ita scribit: Notandum hic est legem poenalem de duplo, obligare ante sententiam, quod per artem est, nec vnaquam praesumitur, nisi ex modo loquendi sit euidentis. Sic ille, euidentiam circa huiusmodi obligationem in foro conscientiae recognoscens ex Constitutionis tenore collectam, licet nihil pro illius ponderatione subiungat. Idem tenet P. Theaurus Parte secunda sua Praxis, verb. Munaera, Cap. 8. Bonacina Tomo 3. Disput. 2. Quaest. 7. Puncto 8. num. 8. in simili loquens de poena dupli a Paulo secundo, & Sixto quarto imposita gubernatoribus Status Ecclesiastici munera recipientibus, ea reddita ratione, quae similiter in casum praesentem quadrat, quia videlicet in Bulla dicitur, Reddere teneantur, quod iam in Constitutione citata vidimus reperiri. Pro quo & videndus Tomo 2. Tract. de legibus, Disput. 1. Quaest. 1. Puncto 7. §. 2. n. 15. & 19. & Tomo 1. Tract. de Horis Canonis Disput. 1. Quaest. 5. Puncto 2. num. 7. quibus in locis plures asserti similiter sentientes, dum regulam dictam ad obligationem in conscientia dignoscendam adducunt. Vnde Diana Parte 9. Tract. 8. Resolut. 42. §. Sed difficultas. adducit P. Theaurum supra sic scribentem: Nota quod haec poena dupli obligat in Conscientia, etiam ante declaratoriam, propter particulam illam, Reddere teneantur, vt de eadem particula dicunt communiter Doctores in Cap. 2. de Censibus in 6. Sic ille, communem sensum Doctorum circa intelligentiam praefatae Constitutionis attestans; illa enim est, quam citat, in qua, vt vidimus, verba praedicta reperiu-

P. Theaurus.

Bonacina.

Diana.

tur. Citat autem Auctor idem Patrem Sa verb. Suspendio ipso iure num. 13. vbi nihil habet. Numero autem 15. Constitutionis dictae poenam proponit, sed de puncto difficultatis, in quo sumus, nihil addit: Si autem ex eo quod de sententia nihil addat, pro ea, quam prosequimur, adduci potest, similiter etiam & P. Bauny Tomo 1. Tract. P. Bauny. 8. Quaest. 11. Dub. 2. eodem modo loquitur.

12 Quibus non obstantibus, Nauarrus Lib. 3. Consiliorum Titulo 39. Consilio 11. tradit Primum Caput dictum quatenus punit poenam dupli, potius diminuere, quam inducere poenam iuris, quia est quadrupli in eos, qui ratione officij publici aliquid male accipiunt. Cap. Concussionis 1. quaest. 1. & Cap. sequenti & Cap. Quoniam 18. dist. L. Sancimus C. Ad legem inliam repetund. a Gratiano transcripta in Cap. Sancimus 1. quaest. 7. Secundo praefatum Caput inducere poenam ipso iure incurrendam, quatenus suspendit ipso iure Visitatorem concussorem. Tertio, talem posse absolui a peccato, restituito tantum simpli, per Clement. 2. de haereticis §. 1. in illis verbis: A qua scilicet excommunicatione non possint absolui, donec plene satisfecerint de pecunia sic extorta. Per quae clare significatur sufficere simpli restitutionem. Quarto, a fortiori eum, qui intra mensem restitueret simpli, non incursum iri suspensionem; quia cum posset absolui a suspensione incursum si solueret simpli: ergo a fortiori tolleretur incurrendam: quia difficilius tollitur quersitum, quam impediat quarendum. L. seruus C. de pactis. Quinto, a suspensione incursum posse absolui restituito simpli, iuxta Glossam Clement. citatae, in verb. Officij, quatenus habet Officiale Inquisitionis aliquid per concussionem quarentem, incurrere quidem poenam quadrupli praeter excommunicationem, sed absolui posse ab ea, restituito simpli, & ita poenam non soluta, pro quo adducit Aretinum. Nauarrus sequitur Zerola in Praxi Parte 2. verb. Visitatio, dub. 1. vbi ait etiam incursum poenam, quod non accidit, nisi dilata solutione ultra mensem, non teneri nisi ad simpli. Tenet item P. Palaus Parte 6. Disput. 3. Puncto 28. num. 10. locutus in simili de poena imposita a Paulo secundo, & Sixto quarto in Bulla citata: quod & Diana amplectitur vt probabile Resolut. citata. Diana.

13 Fundamentum praedictae sententiae communis est doctrina, de qua nos supra Tit. 4. num. 69. & 75. iuxta quam poena, quae actionem exigit eius, cui imponitur, non obligat ante sententiam, saltem criminis declaratoriam, pro qua videri potest Diana Parte 1. Tr. 10. Resol. 23. & P. Palaus tom. 1. Tr. 3. disp. 2. puncto 2. Sed in hoc praedicta sententia videtur claudicare: admittunt enim illius Auctores ante omnem sententiam teneri accipientem reddere quod accepit: in quo tamen eade ratio est, quando id quod est acceptum, a volentibus datum est, vel illius remissio facta; in hoc enim Constitutio dicta poenalis est, vt docet Nauarrus supra num. 4. remissio enim debiti, & solutio aequiparantur in Iure L. si rem. §. Omnis D. de pignor. action. & L. 1. D. Qui satis d. cogant. Et vbi a volente aliquid donatur, concussio non est, vt nomen ipsum concussionis indicat. Aut enim per voluntariam largitionem dominium transfertur, aut non. Si Primum: iam est quis poenae suae executor, priuans se dominio. Si secundum: id

14 Dico primo. Ante omnem sententiam est obligatio reddendi duplum. Sic citati num. 11. & probatur ex dictis num. 9. quod & tenent num. 11. adducti.

15 Dico secundo. Assertio praecedens praecipue locum habet in Indijs, quoad Prouincias illas, in quibus obligat Limense Consilium. Id constat ex eius declaratione, de qua num. 8. sic enim statuere potuit, etiam si non esset a iure Canonico constitutum: & declaratio dicta roborata est Apostolica confirmatione.

16 Dico sexto. Restitutio iuxta probabilior sententiam faciendae, ita disponenda est, vt quod ultra acceptum est reddendum, Ecclesiae tribuatur. Sic in citata Constitutione habetur, vt vidimus numer. 10. quod intelligitur, quando Procuratio ab ipsa Ecclesia data est, seu eius nomine, vt fieri aliquando solet, & illis temporibus, quibus Constitutio est edita, videtur fieri conuenisse; eo quod Ecclesia communia bona habeat ad hoc & alia huiusmodi deputata. Verba Concilij: Duplum eius quod accepit, Ecclesiae, a qua id acceptum fuerit, iuxta mensem reddere teneantur. Quod ergo ab Ecclesia receptum non est, non est eidem ex obligatione reddendum. Si autem Ecclesia formaliter sumatur, pro Congregatione scilicet illa fidelium speciali, quia a Communitate contributio facta est, vt fieri posse declarat Congregatio Cardinalium apud Barbosam circa citatum Caput 3. Sessio. 24. tunc Ecclesiae etiam reddendum est: quod conuenienter impletur, si pauperibus tribuatur, aut in alijs pijs operibus expendatur. Quod communiter tenent Scriptores, vt videri potest apud Dianam Parte 9. Tract. 8. Resolut. 42. qui alios adducit: & circa hoc esse dubitatio nequit. Id verò quod acceptum est, cui sit reddendum, inter Doctores non conuenit: Alij enim dicunt reddendum Ecclesiae, iuxta decisionem Concilij: alij distinguunt de licite datis, ad redimendam scilicet vexationem, aut aliter; & de datis illicite: & priora asserunt illis esse restituenda, qui dederunt; secus alia, quae sunt

Sententia opposita ab alijs defenditur.

Nauarrus asserta.

Clement. 2. de haereticis.

Zerola.

P. Palaus.

Diana.

Circa illud Auctores eiusdem claudicare.

Circa restitutionem accepti diuersa sententia.

Id

Id non videtur dici posse iuxta illorum Doctorum sententiam, de qua num. 11. dum asserunt ex eo quod in Constitutione dicatur, Reddere teneantur, colligi obligationem in conscientia: quod & ij, de quibus nunc agimus, non negant, vnde & obligationem talem agnoscunt. Atqui verba dicta de duplo reddendo procedunt, & de distinctione simpli & dupli nihil additur: ergo sicut circa duplum sententia declaratoria requiritur, ita & circa simpli: ex quo fit translatum esse dominium; si enim non esset translatum, ante omnem sententiam vrgeret obligatio. Dicant illi quibusdam verbis dominij translatio verita inueniatur. Nullis equidem: arqui non illis, vt probatum est: ergo nullis, iuxta eorum philosophandi rationem. Ex quo fiet soluentem simpli, suae poenae esse executores, quod admittere nequeunt praefati Scriptores. His praetactis, sit iam

Resolutio Assertionibus proposita, & roborata.

Assertio 1. obligatio nem esse soluendi duplum.

Assertio 2. Id praecipue in Indijs.

Assertio 3. oppositum probabile.

Assertio 4. etiam in Indijs.

Assertio 5. nec simpli gratis acceptio obligatio nem esse, vt probabile fundatur.

Quia circa Indijs notandum.

confectus quoad ea omnia, quae ad officium eius spectant, iuxta id, quod Act. 4. Cap. 13. decernitur pro Peruanis Prouincijs, ad quas se Limensis Concilij Sanctiones extendunt, quod scilicet processus circa crimina grauiora Parochorum a Visitatoribus susciuantur vsque ad diffinitiuam exclusiue. Cum enim diffinitiuam restet, circa illam informatio Visitatorum multum potest habere momenti, propter id quod additur verbis illis: Atque ita obnoxii ad Ordinarium transmittantur, adhibito ipsius Visitatoris de vnaquaque causa iudicio, vt tandem Episcopus vltimam sententiam ferat. Sic ibi. Cum ergo iudicij Visitatorum in ordine ad diffinitiuam tantopere conferre possit, multum etiam valere, vt fauorabile illud sit, munera poterunt: vnde ex finitione processuum, non debet visitatio ita finita censi, vt illa accipere penitus liceat: nisi adeo verosimilis iustificatio ex parte donantis sit, vel quia ex gratitudine, aut alio honesto respectu, vt accipiendi scrupulus possit rationabiliter consopiri. Et ad hoc probandum fuit quod ex Nauarro adduximus num. 12. qui simpli tantum reddendum esse ait, quia Clementina illa, de qua ibi, eo videtur esse contenta. Atqui Clementina solum id reddi iubet, quod iniuste extortum est, ibi: Donec plane satisfeceris de pecunia sic extorta. Ergo de ea, quae sic extorta non est, alia debet esse ratio. Et vrgeri potest ex eo quod Clementinae post Sextum Decretalium librum editae sunt, quia & eorum Auctores pariter vnus ante alium floruerunt. Cum ergo in posteriori Constitutione sic dicatur vt vidimus, illius decisio ad prioris declarationem potest deferuire: cum alias in materia vrgentiore procedat, in Officialibus inquam S. Inquisitionis. Hoc ergo non est penitus improbandum.

Concilium Lim. 5.

Nota probatio, & vrgens.

Assertio 6. Ecclesia faciendam restitutionem supra simpli accepti.

Quomodo Ecclesia formaliter sumpta.

Circa restitutionem accepti diuersa sententia.

14 Dico primo. Ante omnem sententiam est obligatio reddendi duplum. Sic citati num. 11. & probatur ex dictis num. 9. quod & tenent num. 11. adducti.

Dico secundo. Assertio praecedens praecipue locum habet in Indijs, quoad Prouincias illas, in quibus obligat Limense Consilium. Id constat ex eius declaratione, de qua num. 8. sic enim statuere potuit, etiam si non esset a iure Canonico constitutum: & declaratio dicta roborata est Apostolica confirmatione.

Dico tertio. Probabile est ob Scriptorum auctoritatem non esse in foro conscientiae obligationem soluendi duplum. Sic ostendunt adducta num. 12. & 13.

Dico quarto. Etiam vbi Concilium Limense obligat, aliquatenus sustineri potest vt non improbabile, non esse praedictam obligationem. Probari id potest, quia Concilium in illo suo Decreto non videtur aliter obligare velle, quam Concilia duo generalia, quorum citat Sanctiones. Atqui illa explicationem praedictam probabiliter admittunt: ergo & illud: quod quidem dum addit in Conscientia teneri; ita exponendum est, ut id sit probabilissimum, & sic merito amplectendum, non verò vt debeat quasi omnino certum amplecti.

15 Dico quinto. Non est improbabile obligatio reddendi simpli non vrgeri in foro conscientiae, quando id, quod est acceptum, omnino gratis datum est, & ita translatum illius dominium. Hoc probat ratio adducta num. 13. & idem est quando fit remissio; quia totus ille rigor ad forum exterius spectare dicendus est. Et quia vix vllus est futurus, qui de restitutione agat, hac via poterunt conscientiae circa hoc grauata subleuari: licet in hoc maxime obseruari debeat vix esse vllus, qui gratis omnino donet causam pendente: post absolutam autem visitationem seculus contingere potest: quamquam in Indijs non ideo visitatio quoad omnem suum effectum finita censi debet, quod processus sit a Visitatore